ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Vides (Huygeni candidissime virorum eruditorum)
quanti te faciam, qui tumultuarias, has & currente
calamo exaratas, tibi mitto literas; haud aliter sane
quantum juris in hoc tui amantissimum pectus
habeas: qui patior vel meas ineptias tecum
communicari; Poëmatium illud Barlaei accepi,
multo pergameno inaurato tectum a me
acceptam Comes Illmus meus, Serenissimo consa-
cravit Regi, quanti Sua Majestas hoc faciet
videbit Illmo merito magni nominis Poëta
quamprimum ad vos venerit D. Robertus Killi-
grewus, non diu hinc procrastinandus Legatus.
Dominus meus una cum Ro: Ayton, Dud: Carle-
ton, Ben: Johnson Jo: Selden. (vides quam non
socialiter ago) uti totus in lectione, ita
totus nunc est in admiratione. Quantum
ad me infimae sortis & fortunae hominem per-
tinet in schola Musarum, credo non alie-
nissime allici, non alia mercede conduci possem
ut repentino ni poeta prodirem, quam ut
ut aliquod tanto nomini dicarem. Plura
proscriberem si fieri sinat otium. Interim
pro humanitate tua, ignosces huic non
e cathedra, sed e tunica quod si nobis
die Georgiano exarato. Vale charum caput
& medullitus, qui te animitus amat, ama

Raptim 27o. qui D. S.to Georgio dicatur.
Aprilis 1626.

Servitio tuus

MOldisworth

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Oldisworth) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/315

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Oldisworth) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/315

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Oldisworth) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/315

To my ho.ble good friend
Sr Constantine Huy
gens Secretary to his Ex
cellency the Prince
of Orange.

Oldisworth.

19o May 26.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Oldisworth) 1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/315